

## C u r r e n d a.

### Venerabili Clero Dioecetano Salutem in Domino!

Nro 1136. Nuper practicatus casus edocuit Nos, Parochos Nostrae Dioecesis sibi interdum dismembrationem fundorum ecclesiasticorum indulgere, et in iis subditos stipulato cum iisdem certo labore subditali, prorsus arbitrarie locare. Ne qui talia praesumunt, arbitrietas suae ac diminutionis Patrimonii ecclesiastici, cujus omnimodam alienationem a se praecavendam fore tempore institutionis juratoriae promiserunt, acerbas sequelas experiantur: attentos reddimus cunctos Rndos Parochos, quod ipsi, utpote tantum temporales usufructuarii Patrimonii ecclesiastici, in fundis plebanalibus subditos propria autoritate locandi potestate careant, quodque omnis huiusmodi locatio sine consensu Excelsi Regiminis facta, invalida ac nulla reputetur. Meminerint insuper Rndi Parochi, se pro damno imperitis inexperitisque ruricolis, utpote recognita tali locatione de fundis ecclesiasticis illico amovendis, illegali ejusmodi procedura causato, coram foro externo internoque responsables fore.

Premissiae die 2. Augusti 1843.

Nro. 1312. Petito Officinae Librariae PP. Mechitaristarum Viennensium deferendo, communicamus universo Clero Dioeceseo Nostrae Consignationem  $\frac{1}{4}$  librorum usui Sacerdotum perquam inservientium hoc cum addito, ut si qui praefato appposito quosdam parere sibi velint, quotam concernentem una cum specificatione librorum Cancellariae Consistoriali submittant.

Premissiae die 1. Septembris 1843.

Nro. 1319. Alto Cancellariae Aulicae Decreto dto. 10. Augusti 1843 Nro. 25241. medio Excelsi Gubernii sub die 22. Augusti 1841. Nro 52041 Consistorio huic communicato, universo Dioeceseo Clero injungitur collectio eleemosinae pro incolis Oppidi Miskolcz Comitatus Borsodiensis in Hungaria siti, qui ob incendium 19. Julii 1835. universam eorum devastans substantiam, jacturam decies centenorum millium fl. passi sunt.

Premissiae die 1 Septembris 1843.

Nro 1344. Ex occasione perquam ingratae Nobis notitiae, quod nonnulli e Clero Curato disordini adsueti in exhibendis ad respectivum Decanale Officium relationibus perjudicia summe sint incuriosi ac negligentes, coactos Nos videmus, omnibus et singulis Curatoribus animarum praesentibus his litteris strictissime demandare, ut praefato omni disordine praescriptas relationes perjudicas ad Decanale Officium praefinitis temporibus solertissime transmittant cunctaque munia sua quam accuratissime observent: secus enim strictissimam responsionem, ac gravissimam animadversionem Nostram sciant se esse incursumos.

Jam vero Decanalia Officia obligamus, ut eos, qui mandato Nostro non obtemperaverint, contrarieque fors illi egerint, de nomine et cognomine Nobis indicent, quatenus in illos condigne animadvertere possemus.

Premissiae die 11. Septembris 1843.

Nro 159. schol. In Johann Millikowskiſchen Verlage ist so eben eine in polnischer Sprache verfaſste Volksſchrift: Rozmaitości dla ludu wiejszego zebrane przez Julię G. Część I. erschienen.

Da zweckmäßig verfaßte Volksbücher als ein vorzügliches Mittel zur Förderung der Volksbildung dienen, hierlandes aber der Mangel an geeigneten Volksschriften ziemlich fühlbar ist: so glaubt man die Pfarergeistlichkeit und das Lehrpersonale der Volksschulen auf das oben angedeutete Werkchen, welches manche den Bedürfnissen und Verhältnissen unferer Landmannes entsprechende, auf eine faßliche ganz populäre Art vorgetragene in moralische Erzählungen und Bilder eingeleitete Belehrungen, vorzüglich auch über Einführung einer verbesserten Landwirthschaft enthält, um so mehr aufmerksam machen zu dürfen, als der Preis des auch dem Aeußeren nach gefällig ausgestatteten Bändchens bloß auf 45 kr. K. M. mit Vorauszahlung auf das 2 Bändchen mit 1. fl. 30. K. M. festgesetzt ist, und überdieß auf 10 Exemplare das 11. gratis erfolgt wird. Es dürften im ganzen 4 Bändchen erscheinen. —

Przemysl am 15. September 1843.

Nro 1475. A. C. R. Administratione proventuum Cameralium ratione tymbri, quoniam arbores genealogicae in Casu usus officiosi insigniri debent, sub 2. Augusti a. c. ad Nro 25959, sequens Circulare emissum est.

Die hohe k. k. allgemeine Hofkammer hat aus Anlaß einer vorgekommenen Anstache, in Rücksicht auf die Stempelbehandlung der Stammbäume mit dem Decrete vom 6ten Juli 1843. Z. 18247. 1486. Nachfolgendes bedeutet: Die von den Partheien selbst entworfenen und ausgefertigten Stammbäume sind, in sofern davon kein amtlicher oder gerichtlicher Gebrauch gemacht wird, kein Gegenstand der Stempelspflicht. Werden dieselben jedoch als Beilagen zu den Eingaben überreicht, oder zu den amtlich ausgenommenen Protokollen beigebracht, um eine Uebersicht der Verwandtschafts-Verhältnisse auf den Grund der vorschristmäßig gestempelt ausgestellten Tauf- Trauungs- oder Todenscheine zu liefern, so unterliegen solche dem vorgeschriebenen Beilagen-Stempel.

Falls die Stammbäume von den Seelsorgern in Uebereinstimmung mit den Pfarrmatrikeln ausgestellt oder bestätigt werden, und somit dieselben die Stelle so vieler Matrikel-Auszüge vertreten, als darin Geburten Trauungen oder Todensfälle erscheinen, sind diese Stammbäume, da unter einem Stempel nur eine Urkunde ausgefertigt werden darf, mit Rücksicht auf die §§. 21. und 95. des Stempel- und Targesezes deutschen Reichs und §§. 21. und 78. italienischen Reichs der Stempelspflicht in der Art zu unterziehen, daß ein jeder Stammbaum mit jenem Stempel versehen werde, welcher dem Gesamtwerte aller jener Stempel entspricht, mit welchen die in dem Stammbaume enthaltenen Tauf- Trauungs- oder Todensfalls-Bestätigungen, wenn sie einzeln wären ausgestellt worden, hätten versehen seyn müssen.

De quo Clerus Curatus in conformitate alti Decreti Gubernialis dto 15. Septembris 1843 Nro 55827. praesentibus informatur.

Premislae die 2. Octobris 1845.

Nro 1639. Excelsum C. R. Gubernium Alto Decreto dto 4. Octobris 1843. Nro. 65800 in vim Resolutionis Supremae Cancellariae Aulicae dto 5. Octobris 1843. Nro 30728. Con-

2224

sistorium Nostrum inviari dignatum est, ut Clerum Dioecesanum ad ciliogendas eleemosynas pro incolis desegratas in Hungaria Urbis Stuhlweissenburg provocemus. Praesentibus itaque Venerabilem Clerum de hac Altissima Resolutione certos reddentes insimul Fundum requirimus, ut collectas nefors pro hoc scopo quotas ad C. R. Circularia Officia respectiva deportari curet.

Premislae die 25. Octobris 1843.

FRANC. XAV. EPPUS.

Ex Consistorio Eppal r. l.  
Premislae die 25 Octobris 1843.

Adalbertus Driama.  
Cancellarius.

# FRANCISCUS XAVERIUS ZACHARIASIEWICZ

DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA EPISCOPUS R. L. PREMISLIENSIS, S. THEOLOGIAE DOCTOR, SACRAE CAES. REGIAE APOSTOLICAE MAJESTATIS ACTUALIS INTIMUS CONSILIARIUS, C. R. GUBERNII A CONSILIIS.

Venerabili Clero Dioecetano, Salutem in Domino!

**B**enignissimum Sacratissimae C. R. Apostolicae Majestatis Regimen de promovenda subditorum suorum omnimoda salute maximopere sollicitum, dum nullis parcat sumptibus, de erigendis promovendisque salutaribus Institutis adaugendis etiam indies pro instructione surdomotorum paterna sua providentia non deest. At vero in amplissimis Imperii provinciis, ea quae actu existunt Instituta, indigentis universorum sufficere nequeunt, nec plurimis per oppida et pagos dispersis copia suppetit partes in illis habendi, imo optabilis saepe foret, si infelices hi, auditu et loquela destituti, in familiae nexu manentes sacrosanctae Religionis principia inibi ac modum parandi sibi vitae necessaria edoceri, et hac ratione ad consequendam hominis et civis destinationem habiles reddi possent.

Propter Sacratissima Majestas Altissima Resolutione dno 11. Junii 1842. mediante Alto C. R. Aulicae Studiorum Commissionis Rescripto dno 24. Junii 1842. Nro 3774. et Alto Excelsi C. R. Gubernii Decreto dno 8. Maji 1843. Nro 6115 clementissime ordinare dignata est, ut Clero Curato et Scholarum praceptoribus suppeditaretur occasio acquirendi necessariae ad rectam surdomotorum instructionem notitia, quem in finem penes quodlibet Institutum theologicum Professor artis instruendi surdomotos constitui benignissime demandatur, qui artem hanc Clericos et muneris docendi Candidatos edoceat.

Quum autem theoretica solummodo instructio absque practica principiorum instruendi applicatione optatum haud sortiretur effectum, scholas quoque surdomotorum, puerorum saltim, penes quodlibet Institutum theologicum erigi necesse est, quae scholae, quum de piis oblationibus constituendae veniant, Clerum ad cooperandum pro viribus tam saluteri operi provocemus.

Antequam vero haec ad effectum deducantur et Clerus in Seminariis necessaria quoad erudiendos surdomotos instructione imbustur, et modo non potest his infelicibus auditu et loquela destituti pastoralis deesse sollicitudo. Non possunt animarum Curatores permittere, ut surdomoti absque omni instructione manent, ut destituti cognitione Dei et relationum cum aliis hominibus beneficio redemptionis Jesu Christi priventur. Dominus enim ac Redemptor Noster Jesus Christus beneficia redemptionis in omnes homines dimanari ac lumine divinae doctrinae universos illuminari voluit, ut omnes verae fidei principia inbuti atque officia sua educti glorificarent Patrem, qui in coelis est, suaeque salutis redderentur participes. Opus autem ministerii in fide et virtute excolendi universos, pastoribus populi est commissum, quibus, dum pro salute ovicularum suarum propriam animam in vadem ponunt, sanctum incumbit Officium, universos curae suae concreditos pastoralis sollicitudine ad summi boni consecutionem perducendi.

Neque etiam difficultatibus, quas in instructione surdomotorum obvenire non diffitemur, absterri se permittant, persuasi, nihil tam alte naturam constituisse, quo virtus enim non posset, nec Volenti quidquam esse difficile; atque si modo in pastoribus stabilis et sincera non defuerit voluntas, adjutorium potentis Dei illis non defuturum; neque enim qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus. Non parum autem subsidii ad comparandam sibi methodum in eo munere facilius versandi, adferet illis opus D. Professoris Czech: *Verständliche Denk- und Sprachlehre* Wien 1836. ad suggerendam informationem circa instruendos surdomotos in Moralibus et Religionis Officiis valde ac modum.

In plerisque Dioecibus. exteris Curatores animarum ministerii sui digne obeundi studiosi, in instructione religiosa surdomotorum nullis constitibus parcent, atque cum gaudio

exultantes non minimos laborum suorum colligunt fructus, quum in cognitione Dei veritatumque divinarum atque officiorum hominis christiani illos instruendo, ad vitam christianam institunt, et quodammodo ad dignitatem humanam extollunt. Eveniet id ipsum in Nostra quoque Dioecesi, si idem zelus animarum Curatores animaverit.

Pro officiis itaque ministerii Nostri summopere Nos esse obstrictos arbitramur ad provocandos universos de Clero Nostro, ne in exsolvenda tam gravi obligatione muneris sui desint aut languidius versentur. Hi etiam, qui se pro instructione tali immediate tradenda idoneos plene non esse censerent, alia quapiam benemerendi ratione socios sese adjungant: excitent illi juniores de confratribus. invigilent super Cooperatoribus, necessitatibus pauperiorum surdomutorum provideant, denique pro parochialibus et decanalibus bibliothecis exemplaria suprafati proficui operis D. Professoris Czech procurent, quae, postquam Dominus aut dormientes discipulos excitaverit, aut alios operarios in vineam suam miserit, horum usui cederent.

Dum circa promotionem ad beneficia eorum praesertim justam habere reflexionem pollicemur, qui instructionem surdomutis praestiterint vel quocumque modo ad promovendum tale opus contulerint: non possumus praeterea et id non revelare, quantum animi solatii intima praebeat persuasio: et sua huic operi contulisse officiali Confirmat id illud divinum oraculum, quo sedulus operarius a supremo coeli et terrae Domino quondam suaviter alloquitur: *Euge serve bone et fidelis* etc. Math. XXV. Etenim: *Unusquisque operarius accipiet mercedem secundum suum laborem.* I. Cor. III. 8.

FRANC. XAV. EPPUS.

Ex Consistorio Eppal r. l.  
Premissae die 28. Augusti 1843.

*Adalbertus Dziana.*  
Cancellarius.

# FRANCISZEK XAWERY ZACHARIASIEWICZ

S. TEOLOGII DOKTOR, Z BOŻEJ I APOSTOLSKIEJ STOLICY ŁASKI  
PRZEMYSKI BISKUP OBRZ. ŁAC., C. K. RZĄDÓW KRAJOWYCH  
RADCA, i. t. d.

Wszystkim wiernym tutejszej Diecezji, łaska Wam i pokój od Boga i Pana  
Jezusa.

**O**jciec święty GRZEGORZ XVI. przez Brewe Apostolskie z dnia 22go Lutego 1842. wezwał wszystkich Biskupów, by nie tylko sami do Boga modlili się, lecz nadto by wiernych synów 4 kościoła katolickiego do modlitwy zagrzewali, iżby Bóg kościoł tenże od ucisku i niebezpieczeństwa, na które szczególnie w królestwie Hiszpańskim jest wystawiony, zachować i takowy wszechmocną swoją opieką wspierać raczył. Tenże Ojciec święty dozwolił oraz zupełnego odpustu w sposób Jubileuszu wszystkim wiernym, którzyby w oznaczonym czasie ze skruszonym sercem i pokutującym umysłem Boskiej pomocy i opieki pobożnie wzywali.

W skutek tegoż Papieskiego zlecenia wzywamy niniejszym wszystkich wiernych do gorących i pobożnych modłów o utrzymanie i obronę naszego kościoła świętego w królestwie Hiszpańskim, a w celu uzyskania odpustu następujące stanowią warunki.

1. Odpustu takowego dostąpić można w przeciągu 15tu dni, począwszy od 5tej Niedzieli po Wielkiejnocy aż do Niedzieli Zielonych Świątek t. j. od dnia 21go Maja do 4go Czerwca 1843. włącznie.
2. Chcący być uczestnikiem tego odpustu będzie obowiązany w przeciągu pomienionego czasu sumienie swoje oczyścić przez spowiedź świętą, i przeniejświętszy Sakrament nabożnie przyjąć, niemniej też kościół swój parafijalny, lub gdyby tenże był za odległy, cerkiew obr. gr. kat. w miejscu będącą trzy razy odwiedzić, i tamże 5 Ojczy nasz i 5 Zdrowań Marya, i 1 Wierze i t. d. za utrzymanie i obronę świętego kościoła naszego nabożnie odmawiając Boga błagać, aby opieką i błogosławieństwem swoim Religiję świętą w Hiszpanii od niebezpieczeństw i ucisku zachować raczył. Tam stoli, gdzie kościoła katolickiego w miejscu nie ma, można takowe modlitwy odprawiać w kaplicach, na cmentarzach, lub przed figurami i obrazami świętych, które Pleban miejscowy ku temu celu wyznaczy.
3. W przeciągu tem w wszystkich kościołach odprawiać się będą codziennie przed południem Msze 4. solenne z błogosławieństwem, po południu zaś przy wystawieniu Najświętszego Sakramentu Litanija do wszystkich świętych z modlitwami i śpiewami zwykłemi.



4. Osoby, które dla słabości lub innych ważnych przyczyn kościoły odwiedzić nie będą wstanie, mogą dostać odpustu wynagradzając odwiedzanie kościołów sposobem, jaki przez spowiednika sobie obranego oznaczony będzie.

Z powodu tego Jubileuszu czas spowiedzi Wielkanocnej roku bieżącego przyspiesza się, i taże już trzeciej Niedzieli postu się pocznie, a trzeciej Niedzieli po Wielkiejnocy zakończy.

Przy tém udzielamy wszystkim wiernym Naszego Pasterskiego błogosławieństwa.

w Przemyślu dnia 1go Lutego 1845.

FRĄNCISZEK XAWERY BISKUP.

# FRANCISCUS XAVERIUS ZACHARIASIEWICZ

DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA EPISCOPUS R. L. PREMISLIEN-  
SIS, S. THEOLOGIAE DOCTOR, C. R. GUBERNII  
A CONSILII.

Universo Clero Venerabili Dioeceseos Nostrae Premisliensis, Salutem in Domino!

Sanctissima Dominus GREGORIUS Papa XVI. oppressam in Hispania Ecclesiae catholicae cer-  
nens libertatem, jam anno nuper elapso medio Brevis Apostolici ddo 22. Februarii 1842. o-  
mnes Patriarchas, Primates, Archi - Episcopos et Episcopos provocare dignatus est, ut non solum  
ipsimet orent enixe pro afflictata gente hispanica, imo etiam Clerum sibi subjectum concreditu-  
que gregem, assidue excitent ad fundendas preces, dignetur Dominus DEUS Noster abbreviare  
dies tentationis populi hujus, Ecclesiamque in Hispania periclitatam servare incolumem et prote-  
gere. Scopus hic ut uberiori cum fructu assequi possit: Sanctitas sua indulgentias plenarias per  
modum Jubilaei omnibus largitate sua concessit illis, qui animo contrito et corde sincero opem et  
auxilium divinum tempore praefixo implorare adlaboraverint.

Provocationi citatae Sanctissimi Domini obsecundantes, imo et saluti fidelium Dioece-  
seos Nostrae e thesauro Ecclesiae prospicientes, Jubilaeum istud in toto Dioecesis hujus ambitu  
promulgare consultum duximus, literisque praesentibus revera pronunciamus iis profuturum, qui  
pro incolumitate et defensione Ecclesiae catholicae supplicantes, conditionibus subsequis devote  
satisfecerint:

1. Jubilaeum isthoc initium capiet Dominica 3. post Pascha, die nempe 21. Maji 1843. et  
ad 4. Junij 1843. protrahetur, estque ad dies 15. restrictum.
2. Gratiam hanc participare volentes, tempore supraememorato Sacram Confessionem absol-  
vent, et Sanctissima reficiantur Synaxi. Tali modo praeparati Ecclesiam propriam Paro-  
chiale, aut saltem templum graec. catholicum in loco existens, *terna vice visitare*, ibi-  
que pro incolumitate totius Ecclesiae Hispanicae, gementis prae angustia temporis praes-  
entis, 5. Pater, 5. Ave et 1. Credo recitare obligantur. In defectu templi catholici loca-  
lis, sufficit visitare Capellas, Coemeteria aut statuas imaginesque Sanctorum, quae hunc  
in finem a Parocho designabuntur.
3. Toto hoc temporis intervallo quilibet Sacerdotum tam in privatis Missis, quam in sole-  
mni, orationibus diei adjungat Collectam: *«Ecclesiae Tuae Domine preces placatus ad-  
mitte»* finitaque solemnique quotidie fiat expositio Sanctissimi in pyxide cum consueto cantico:  
*«Święty, święty, święty»*, dein *Supplicationes* usitatae intonentur, ac ad calcem devo-  
tionis *«Poblogostaw lud Twój Panie»* impertiaturque benedictio cum Sanctissimo. Post  
meridiem instituantur *Litaniae de Omnibus Sanctis* coram exposito in pyxide Sanctissi-  
mo, dein supplicationes et Orationes Litanis dictis appositae, quibus terminatis detur be-  
nedictio.

4. Omnibus jurisdictione gaudentibus, a suis Ordinariis approbatis Sacerdotibus ad tempus Jubilaei concedimus quo ad forum conscientiae facultates easdem, quae literis pastoralibus a p. d. Antecessore Nostro tempore Universalis Jubilaei sub die 15 Aprilis 1826. Nro 651. editis, §. 6. contentae sunt.
5. Qui morbo decumbentes, aut alia rationabili de causa visitare ipsimet templa non valentes Jubilaei dicti participes fieri voluerint, permittimus, ut Confessarii iisdem pro prudentia sua alia charitatis opera qua aequivalens visitationum injungere possint.

Obtentis hisce literis encyclicis omnes fideles mox de tempore, scopo et fructibus hujus Jubilaei edoceantur, appositaque % Instructio lingua vernacula bina vice ex ambona promulgetur. Volumus praeterea ut Confessio paschalis anno currenti jam Dominica III. Quadragesimae incipiat ad Dominicam III. post Pascha duratura.

De his Universum Venerabilem dioecesanum Clerum informantes, Eundem inviamus, ut quae sunt officii ejus, hactenus praeparet et disponat. Pastoralem insuper benedictionem omnibus et singulis lubenter impertimur.

Dabamus Praesentis die 1 Februarii 1843.

FRANCIS. XAVER. EPFUS.